

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Udrag fra Tempora circuitu ... [Indskrift på et ur på Stjerneborg]

Citation: Brahe, Tycho: "Tychonis Brahe Dani opera omnia", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 276. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho06tom-shoot-idm140418389923328/facsimile.pdf> (tilgået 19. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

**T**EMPORA circuitu Cœlum fugientia voluit,  
Nec modō præteriens Hora redire potest.  
Temporibus totus fugitiuſis clauditur Orbis.  
Præterit & toto quicquid in Orbe vigeſ.  
Ergo quid expediet Mundi fugitiua figura?  
Cur his conformat, quæ peritura, ſumus?  
Eſt aliud quod nos Cœlum expectatque vocatque,  
Idque æuo, aſpectu, limitibusque caret;  
IOVA Sol h̄c eſt, ſimilatque Eccleſia Lunam,  
Angelico Stellis conueniente Choro.  
Huc huc tendamus, manet h̄c nos Patria vera,  
Immundi Mundi nec remoretur Amor. ||

5

10

Hinc e regione in Angulo, qui Borrhaelioten respicit, ferrea quæ- 246  
dam fornax ſub conueniente teſtudine, ita ut nihil in Hypocauſto oc-  
cupet ſpatij, polita eſt, ut eius beneficio tempore Observationum hyber- 15  
nalium frigus arceatur.

Superius autem ſub ipsā, quā Hypocauſtum contegitur, fornice, de-  
picta eſt TYCHONIS neoterica inventio Hypothefium cœleſtium, eā,  
quam ipſa teſtudo capere potest, magnitudine. Proxime vero ſub hāc,  
ad parietem paulo inferiorem, verlus Septentrionem, ubi eius Imago 20  
repræſentatur: manu alterā ſurſum monitrans, habet intra binos digi-  
tos piclām ſchedam, in qua hāc inscriptio.

QVID SI SIC?

Quasi antiquioribus iſtis & circum depiſis Astronomis dicat: Quid  
de hac inventione vobis videtur? Ex Hypocauſto hoc itur, ordinariā 25  
Ianuarum diſpoſitione, hinc inde, in reliquas Cryptas, ubi Instrumenta  
locantur.

## XVIII.

Per medianam Ianuam verlus Austrum venitur in maximam, quæ C  
notatur, Cryptam, vbi ingens Inſtrumentum Armillare viſitūr, quod 30  
vnīcā Armilla, quæ iuxta Polorum Mundi Axin circumagit, omnes  
Declinationes Siderum, in quoquæ ſitu & mundi plaga fuerint, tam  
in Meridiano quam extra, facillime & exquifite demetitūr.

Ibidem quoque Semicirculus circumponitur, Æquatore coeleſtem.  
quatenus ſupra Horizontem extat, repræſentans, qui octo ſaxeis co-  
lumnis ſuperius cochleas ferreas habentibus innititur, & per cochleas 35  
illas, quibus firmiter inhāret, in planum Æquatoris, ſi unquam opus  
fuerit (neque enim ſemel rite diſpositus facile dimovetur) exquifite di-  
rigitur; cuius etiam medietas, unde diſiōnes utrinque diſfluunt, ra-  
tione